

GIUSEPPE FURLANI

Il trattato di Giovanni Filopono sul rapporto  
tra le parti e gli elementi ed il tutto e le parti

tradotto dal siriaco



VENEZIA

PREMIATE OFFICINE GRAFICHE CARLO FERRARI

1921



GIUSEPPE FURLANI

---

Il trattato di Giovanni Filopono sul rapporto  
tra le parti e gli elementi ed il tutto e le parti

tradotto dal siriaco



VENEZIA  
PREMIATE OFFICINE GRAFICHE CARLO FERRARI  
1921

ATTI DEL REALE ISTITUTO VENETO DI SCIENZE, LETTERE ED ARTI.  
Anno accademico 1921-922 - Tomo LXXXI - Parte seconda.

---

(presentata dal prof. Sen. G. Tamassia, m. e., nell'ad. 9 giugno 1921)



18. X. 1941

---

Il problema del rapporto tra le parti e gli elementi e tra il tutto e le parti è stato trattato da Giovanni Filopono diffusamente due volte, per quanto possiamo ora vedere. A questo problema filosofico, di massima importanza nella cristologia monofisistica, il Filopono ha consacrato anzi un'opera speciale, che diede e spedì a Sergio, allora presbitero, non ancora patriarca d'Antiochia, in forma di lettera di risposta ad alcuni dubbi che questo gli aveva manifestato in proposito. La lettera è andata perduta nell'originale greco e non ne è rimasta che una versione siriaca, conservata nei codici siriaci 144 della Biblioteca Vaticana<sup>(1)</sup> (f. 49 b 1 mezzo circa — f. 57 b 2 fine) ed Add. 12, 171 del British Museum<sup>(2)</sup> (f. 56 a 2 mezzo — f. 64 a 1 fine). Un frammento della stessa si trova inoltre nel codice siriaco Add. 14,532 del British Museum<sup>(3)</sup> (f. 166 b — f. 175 b).

Il medesimo problema è stato esaminato dall'eresiarcha anche nella sua opera maggiore, il *Διατητίς*, sui ff. 26 a 1 — 26 b 1,

---

(1) ASSEMANI, *Bibliothecae Apostolicae Vaticanae codicum manuscriptorum catalogus*, I, 3, pp. 250-252.

(2) WRIGHT, *Catalogue of Syriac manuscripts in the British Museum, acquired since the year 1838* [London] 1870, p. 588.

(3) WRIGHT, l. c. p. 963.

27 b 2 — 28 a 1 e 29 a 1-2<sup>(1)</sup>, però meno diffusamente di quanto egli lo abbia discusso nella lettera a Sergio.

Un accenno allo stesso si trova ancora nella lettera del Filopono all' imperatore Giustiniano<sup>(2)</sup>.

Il migliore dei due testi è quello del codice Vaticano. Il manoscritto di Londra presenta bensì molte discrepanze da quello del Vaticano, però quasi tutte rappresentano lezioni corrotte e molto inferiori a quelle del primo. Perciò ho creduto di poter trascurare del tutto il codice Add. 12,171 di Londra. Non sono ricorso neppure al frammento del manoscritto Add. 14,532, pure di Londra, perchè anche questo manoscritto è di tipo piuttosto sedante, se posto a confronto con quello del Vaticano.

La mia versione latina è letterale.

Il codice della Biblioteca Vaticana è cosparso nei margini, specialmente dei fogli che contengono il nostro trattato, di moltissime note, che si possono dividere in tre tipi<sup>(3)</sup>: 1) note che danno una versione diversa di una parola. Il testo ha, per esempio, *sh̄mō'īth*, la nota dice: *pš̄tō'īth*; 2) note che abbozzano brevemente il contenuto di un capitolo; 3) note che danno una spiegazione o dilucidazione del testo. Inoltre troviamo poche note marginali scritte con lettere greche. Ho aggiunto a più di pagina della mia traduzione alcune note di tutti e tre questi tipi.

\* \* \*

[V 49 b 1] *Porro tractatus eiusdem Johannis Philoponi Alexandrini, qualis sit differentia partium scilicet et elementorum et*

(1) Del codice siriano 144 della Biblioteca Vaticana.

(2) Pubblicata da me in versione latina in questi *Atti LXXX* 1247-1265. L' accenno si trova sulle pp. 1255<sup>s</sup> - 1256<sup>4</sup>.

(3) A. Baumstark, *Aristoteles bei den Syrern vom V. bis VIII. Jahrhundert*, I., Leipzig 1900, p. 136, n. 1, osserva circa queste note: Auf wen die durchaus gleichartigen [questo è falso!] Randscholien der Handschrift zurückgehen, verrät fol. 496 eine 'ūttodhō da'bhīdh I. Rabban Daniy'ēl überschriebene Vorbemerkung zur der Schrift πρὸς Σέργιον περὶ μερῶν καὶ στοιχείων. Die Scholien fanden sich jedenfalls schon im Archeotypus unserer Handschrift [?] und sind deshalb spätestens aus dem 8. Jahrhundert. Ist der Verfasser etwa Daniel von Salach oder Daniel bar Müše? — Vgl. Wright, *Short history*, 159 f. 162.

*quomodo totalitas et partes inter se se habeant, ad presbyterum Sergium.*

Postulatio igitur et coniunctio cogitationis sanetitatis amoris Dei tui, o Sergio presbyter, iterum ad certamina dialectica excitavit [V 49 b 2] nos, eo quod interrogasti, quomodo in totalitate partes putemus esse, utrum in potentia tantum, utpote in anima puerorum dicimus esse conceptus<sup>(1)</sup>, quia quamdiu possibile est 5 animam horum disciplinam<sup>(2)</sup> accipere posse, an in effectu, utpote iam illi possessio doctrinarum sit. Dubitatur autem ab aliquis qualis (opinio) vera sit, cum eorum quidam hanc, eorum autem (alii) illam ponant. Contra autem enim eos qui dicunt in effectu partes totalitatis esse, adducunt et respondunt ei qui ex 10 opposito sentiunt, quod si totalitas una est, partes autem multae<sup>(3)</sup> aut minime duae, et unanquamque earum in effectu ponimus, accidet multa et unum idem esse aut duo et unum minime. Hoc autem idem est ac si diceremus unum igitur et non unum simul unum esse, et multa<sup>(4)</sup> et non multa. [V 50 a 1] Erit itaque ergo 15 vera in his antiphasis, quod impossibile (est). Iterum autem contra eos qui dicunt, in potentia esse partes in totalitate, contra istos alii<sup>(5)</sup> respondunt dicentes, si totalitas in effectu sit, necessarium erit, etiam partes huic omnino in effectu esse. Eorum enim quae ad aliquid (sunt) sunt totalitas et partes. Etiam enim totalitas partium est totalitas, et partes totalitatis sunt partes. Ut pote 20 igitur quomodo cumque omnis<sup>(6)</sup> earum est, sive in potentia sive in effectu, etiam reliqua (ita) necessario erit. Et aliter<sup>(7)</sup> igitur erit quisque deprecator huius verbi<sup>(8)</sup>. Si totalitas cum in effectu est,

(1) nota marg.: doctrinarum.

(2) n. m.: in effectu.

(3) n. m.: utpote materia et forma, et anima et corpus.

(4) n. m.: pluralitatem et non pluralitatem.

(5) n. m.: quod confitetur etiam a vobis et ab illis qui dicunt in effectu esse partes in totalitate.

(6) n. m.: totalitatis et partium ∵ Totalitas partium (est), et totalitas in effectu est. Ergo etiam partes sic. Et si in potentia (sunt) partes, etiam totalitas (in potentia est).

(7) n. m.. alio modo.

(8) n. m.: quod dicit, quomodo totalitas se habet, ita et partes se habere.

partes (autem eius) in potentia sunt nec in effectu — omne enim quod in potentia dicitur esse non adhuc ita est, [V 50 a 2] sed potest fieri ut hic, utpote puer qui in potentia grammaticus est, cum adhuc autem non sit grammaticus, potest fieri grammaticus, 5 et id quod in potentia calidum est, ut aqua frigida potest fieri calida — si igitur partes totalitatis in potentia sunt in ea nec in effectu, non adhuc quidem sunt partes, possunt autem fieri partes. Ergo neque totalitas in effectu est <sup>(1)</sup> totalitas, sed in potentia tantum. Ex partibus enim est totalitas, quomodo caliditas <sup>(2)</sup> illa 10 in igne. Si autem non dicat quis in effectu esse caliditatem, sed in potentia tantum, nec ignis in effectu erit calidus. Ergo nec ignis est, cum calidus non sit, sed in potentia est ignis. Sed positum <sup>(3)</sup> est in effectu esse ignem <sup>(4)</sup>. Erit <sup>(5)</sup> ergo idem [V 50 b 1] et non erit. Et si igitur etiam partes totalitatis in potentia 15 sunt, ex partibus autem totalitas, neque totalitas erit in effectu. Sed positum est esse totalitatem. Ergo erit totalitas propter assumptionem, nec erit iterum totalitas, eo quod in potentia sunt partes huius. Ab omni igitur earum verbum in dubitatione est, cum nec in effectu partes esse possint nec in potentia. Dubitatio 20 quidem igitur talis est. Ea autem, quae nobis videntur de his, nos etiam apte <sup>(6)</sup> dicemus, interrogationi tuae oboedientes. Nec essarium autem nobis est ad theoriam horum <sup>(7)</sup> praedefinire aliquid et recordari <sup>(8)</sup>: aliqui antiquorum saepe genera vocant totalitates, utpote eam substantiae, species autem, in quas divi- 25 duntur, partes nominant. [V 50 b 2] Corpus <sup>(9)</sup> enim scilicet et

(1) est in effectu cod.

(2) n. m.: ex qua est et appellatur calidus ignis, ut ex colore et figura et inductione seorsum, quia in effectu sunt in eo.

(3) n. m.: confessum est.

(4) n. m.: calidum.

(5) n. m.: in verbo.

(6) n. m.: interrogationi tuae et iusso illi quod dicit: omne quod petit a te, da ei!

(7) n. m.: totalitatum et partium.

(8) n. m.: modos totalitatum et partium, rationaliter et naturaliter.

(9) n. m.: corpus autem scilicet species quidem (est) substantiae, genus autem corporis animati.

incorporeum partes substantiae sunt. Eadem autem analogia (1), id est autem mensura, scilicet comparatione, et species et genera quae a se invicem, unumquidque eorum pars scilicet et totalitas est. Corpus enim substantiae quidem est pars, eorum autem quae ex eo dividuntur, animatum scilicet et inanimatum, totalitas. Iterum autem animatum, cum pars sit corporis, totalitas est eorum quae sub eo, animalis dico et plantae et ζῷοφύτων. Similiter, cum animal pars sit corporis animati, totalitas est rationalis et irrationalis. Et hoc modo usque ad atomos, Socratem ut dicam et Platonem, qui hominis partes sunt, speciei illius quae magis propria est. 10 Saepe autem iterum eidem, cum valde naturaliter investigent, discernunt totalitates a generibus scilicet et speciebus quae dividuntur, dicentes (2), ut genera dividuntur in species, [V 51 a 1] ut autem totalitates in partes, alia autem ut voces homonymiae differentia significationum. Et certum est eos non idem putare esse 15 genera scilicet et species et totalitates et partes. Cum autem haec ita dicantur ab antiquis, etiam nos nunc, similiter divisionem quidem discernentes generum in species et illam totalitatis in partes familiares, de his tantum in hac examinatione, quae praeposita est, verbum faciemus. Exempli gratia, ut dividitur hoc 20 animal (3) aut haec planta in partes suas, et ea quae similia sunt in partibus (4) et illa quae non sunt similia in partibus (5), aut hoc lignum aut aqua aut ignis et, ut generaliter (6) dicam, omnis atomorum qui huiusmodi. Si enim nullus atomorum genus est aut species — totalitas autem quaedam est in relatione ad partes suas — neque genera et species vero totalitates vocantur. Hoc autem demonstrat et differentia divisionis eorum. Unumquodque autem enim [V 51 a 2] illorum in divisione nihil naturae suae destruit. Remanet autem ut erat, ac si divisum non esset.

(1) ἀνόλογιγό̄ cod., et in marg. ΑΝΟΔΟΓΙΑ (sic) maiusculis literis exaratum.

(2) n. m.: aliiquid in aliquo XI modis dicitur. Et primo quidem (modo) ut genus in speciebus, altero autem ut totalitas in partibus. Hoc est quod dieunt, quo etiam dicit quod differunt genera a speciebus.

(3) n. m.: non universale, sed hoc aut illud.

(4) n. m.: ut caro et ossa.

(5) n. m.: ut caput et manus et pedes.

(6) Σάρυο̄'ith cod., n. m.: simpliciter, non definite.

Exempli gratia, substantia, cum secatur in corpus et in incorporeale, et animal in rationale et in irrationale, nullum quidquam omnino<sup>(1)</sup> destruunt naturae suae. Similiter neque species. Exempli gratia, homo, equus, cum in atomos dividuntur, in hominem quemdam, exempli gratia, in Petrum et Paulum, et in quemdam equum, exempli gratia, in Pegasum, in Orionem. Sed autem totalitas, quae dividitur, utpote Socrates, in partes suas, non remanet iterum ut erat. Neque totalitas in unaquaque partium suarum est, ut genus in unaquaque specierum, et species in unoquoque atomorum. Socrates enim et homo est et animal et corpus et substantia. Si igitur non eadem est divisio [V 51 b 1] generum et specierum et divisio totalitatis in partes suas, convenienter ergo illa quae eiusmodi sunt ad theoriam praepositam mittimus. Solum autem de illis quae principaliter sunt totalitates et partes verbum facimus. Simul cum his autem et eo quid nihil eorum quae vocantur totalia, genera scilicet et species, existentia<sup>(2)</sup> propria iis est. Totalitas enim, dicit<sup>(3)</sup> Aristoteles, aut nihil est aut ultima<sup>(4)</sup>. In theoria<sup>(5)</sup> enim tantum cogitationis genera et species consistunt, cum ab atomis cogitatio ea adducatur<sup>(6)</sup> et colligatur<sup>(7)</sup>, utpote saepe demonstravimus<sup>(8)</sup>. Et quid igitur necessarium est, nos inaniter docentes de iis quibus propria existentia non est, arte logica uti ac si a se atque per se existant? De iis autem igitur tantum quae in atomis, totalitatibus [V 51 b 2] scilicet et partibus, verbum faciemus. Aequum autem iterum est, nos etiam aliud praerecordari, quod quasi<sup>(si)</sup> idem (esset) aliqui quandoque adducunt, partes scilicet et elementa, appellations autem horum magis differre, cum quamdiu quidem elementa omnia appellant, id est partes et elementa,

(1) n. m.: omnino scilicet parte parva.

(2) qnōmē cod., sed corrigendū qūyyomō, ut nota marginalis præbet.

(3) n. m.: in topicā (b. tōpiqī).

(4) n. m.: quae in cogitatione ultima in genere comprehenditur.

(5) n. m.: cum enim scriptor hunc sermonem dixerit, nondum lapsus erat in haeresim illam quae dicit Divinitatem aliam ab hypostasibus, utpote commune harum, et ergo ita hic dicit.

(6) n. m.: sumat.

(7) n. m.: ut unum commune efficiat.

(8) n. m.: in aliis πραγματείαι nostris.

quamdiu autem iterum omnia generaliter partes nominent, ex analogia quadam, ut dixi, nomina eorum discernentes, eo quod partes elementa vocent et iterum elementa partes. Sed autem valde differunt haec inter se invicem. Elementa quidem enim illa sunt, quorum ne unumquidque aliquo (modo) (1) differt in compo- 5 sito a reliquis, sed omnia in se (2) et in compositum vadunt (3), ut terra et aer, aqua scilicet et ignis, quae in omnibus compositis mixta sunt, in neryis, in carnibus, in ossibus et in omnibus corporibus, in plantis, [V 52 a 1] in metallis. Nullum enim est 10 corporum compositorum, neque membrum etsi paryssimum, quod non particeps sit quatuor elementorum. Similiter et illa quae animata sunt se habent ad animam et corpus. Etiam illa enim, quae ex anima et corpore composita sunt, unumquodque membrorum qualemcumque sit et qualitercumque sit, animatum est, eo quod anima efficiens est vitae in corporibus. Itaque est et in οὐρανῷ (4), 15 mel et vinum, cum totum mixtum sit ex duobus in totalitate sua. Etiam de qualitatibus (5) omnibus quae compleat substantiam elementorum. Ignis autem totus in totalitate sua calidus est et sic- 20 ens et levis, etiam aqua humida scilicet et frigida et pellucida et gravis, similiter et de aere et de terra. Sed etiam de omnibus 25 quae composita sunt idem. Vinum enim totum in totalitate sua aut album est aut nigrum aut qualiscumque alii coloris quem habet. Et iterum aut acidum est aut dulce, humidum scilicet et grave et calidum. Similiter [V 52 a 2] et de omnibus quae huiusmodi. Elementa quidem ergo compositorum haec et ut haec sunt. 25 Partes autem principaliter omnia ea quae non in totum id quod ex iis componitur et non in se invicem vadunt (6), etiamsi illae

(1) n. m.: neque in consistentia propria in loco, cum dividitur, neque in consistentia propria in loco, cum coniungitur, neque in conservatione differentiae, cum non consistit proprie, ut anima et corpus et materia et forma.

(2) n. m.: miscentur.

(3) n. m.: confunduntur, quod etiam patiuntur γραπτοί cum miscentur, etiam qualitates elementorum, quae confunduntur in compositis neque dividuntur neque servatur qualitas differentiae earum inter se.

(4) hmar debhšō.

(5) Šwudhō<sup>ē</sup> cod., in marg. nota aynōyōwōthō.

(6) n. m.: confusa et mixta sunt.

sint quae in totalitatem unificantur (<sup>1</sup>), utpote muri domus et tecum et porta aut petrae et ligna et lateres et si aliud quidquam ad existentiam domus requiratur, et etiam in animalibus illa quae scilicet similia in partibus vocantur, nervi et ossa et venae et organa illa quae ex his, manus, caput, pectus, et quae his similia sunt. Differentia quidem scilicet elementorum et partium talis est. Cum autem, ut praedixi, saepe quamdiu accidat, eos metaphorice etiam partes elementa vocare et elementa partes, hoc ne quidquam, ut opinor, nocebit ad theoriam futuram. Non enim circa nomina, sed circa res, quomodo est natura eorum [V 52 b 1] quae huiusmodi, serutamur, utrum scilicet in potentia an in effectu sint in eo quod ex eis componitur. Partes (<sup>2</sup>) ergo illae, quae in unoquoque atomorum scilicet elementorum, de quibus dicere proposuimus, sunt, (sunt) omnes illae quae natura 15 habent dividi aut in ipsis rebus (<sup>3</sup>), ut anima rationalis a corpore, aut unumquodque ex organis (<sup>4</sup>) aut similibus (<sup>5</sup>) in partibus, aut illae quae in ratione (<sup>6</sup>) tantum et theoria (<sup>7</sup>) (dividuntur), ut animalia irrationalia (<sup>8</sup>) et plantae et corpora illa quae iis subsistunt. Neque enim esse possunt sine iis quae subsistunt, eo quod si 20 militidine flammae extinguntur morte et in aliquid quod omnino non est vadunt, ut qualitates (<sup>9</sup>) illae quae ignem consti- tuunt. Harum ergo partium scilicet elementorum quaedam quidem in potentia sunt in totalitate, quaedam autem in effectu. In potentia quidem, utpote in corpore quatuor [V 52 b 2] elementa, 25 aqua, aer, terra, ignis. Ex his scilicet mixtae sunt substantiae.

(1) n. m.: cohaerentia partis ad partem, ut lapidum et laterum et reliquorum aut coniunctione partium cum se invicem ad consistentiam totius, ut capitis et manuum et reliquorum.

(2) n. m.: partes scilicet elementa illa quae in unoquoque elementorum.

(3) n. m.: in effectu.

(4) n. m.: caput et manus et pedes et reliqua.

(5) n. m.: nervi et venae et ossa et reliqua.

(6) cod. melthō, n. m.: methnappqonoytō = λόγος προφορικός (?), sed malim λόγος ἀνδράθετος.

(7) n. m.: dividuntur in quantitates, id est, cogitatione quae solvit consistentiam earum, scilicet totalitatis earum.

(8) mllothō lō cod.

(9) ſwudhoē cod., in marg. nota praebet aynoyowothō.

Neque enim aqua in effectu est in corporibus compositis, neque terra neque ignis, neque aer, sed in potentia tantum. Et tali modo in potentia, ut compositum solvi possit in unumquodque horum in specie sua, non autem in eadem numero eis ex quibus in principio compositum est. Quomodo enim illa quae iam de-  
5 structa sunt iterum fierent? Qualitates <sup>(1)</sup> autem eorum, id est autem calor et frigus et siccitas et humiditas, mixtionem et temperamentum in composito sustulerunt. Et propter hoc in diminutione (est) puritas eorum. Illa enim quae opposita sunt contra agunt in se invicem. Et propter hoc puritas uniuscuiusque eorum 10 cum infirmatur, una qualitas <sup>(2)</sup> mixta ex duobus fit, ut ex varia mixtione albi et nigri, si accidat, maeulatum fiat <sup>(3)</sup> aut prasinum aut smaragdum <sup>(4)</sup> aut [V 53 a 1] aliud quid huiusmodi. Sed mixtione varia calidi ed frigidi qualitates <sup>(5)</sup> mediae quae complentur sine nomine sunt. Hoe etiam accedit et in mixtione siccii 15 et humidi. Ergo et veritas qualitatum eorum in compositis destruitur. Et solum igitur in compositis elementa in potentia sunt, quia possibile est interdum unam ex his qualitatibus opposita apprehendere <sup>(6)</sup>, et iterum fieri aut valde calidam aut frigidam utpote in principio, intelligendum autem, cum compositum solvatur. Itaque et de sicco et humido. Et iterum et de iis quae continua sunt <sup>(7)</sup>, exempli gratia, lignum decem cubitorum, in potentia sunt partes huius, id est decem cubiti. Unusquisque enim eorum pars est. Omne enim continuum divisibile est, id est, dividi potest, neque ecce iam in effectu est 20 25 divisum. Si autem dividatur in decem pedes, ut dicam, continuum illud unum destruitur [V 53 a 2] et fit discretum scilicet et multa.

(1) ſüdhōē cod.

(2) ſwudhōō̄ cod.

(3) n. m.: varius ex albo et nigro.

(4) n. m.: cyaneum, aut color lapidis Lazuli [*cod. l'azür sic!*].

(5) ſwudhōē cod.

(6) n. m.: firmam fieri, superare.

(7) n. m.: postquam demonstravit modum potentiae illius quae e mixtione qualitatum elementorum fit in corpore, cum debilitentur effectus eorum in eo quod ex illis consistit, pergit et demonstrat etiam illum alium modum potentiae, quae cum prior sit in rebus utpote differentiae in generibus, postea exit ad effectum secundum demonstrationes quas sumit, ut qualitates videntur in effectu in consistentia specierum.

Decem enim ligna ex <sup>(1)</sup> pedibus fit illud unum. Huius autem numeri decem, partes sunt unaquaeque harum decem singularitatum, neque (sunt) partes illius unius continui, quod divisione destructum est. Non enim ergo remansit unum, neque continuae 5 (sunt) partes huius. Quia ergo unaquaeque singularitatum pars est decadis et illa quae discreta sunt discretionis neque illius unius discreti quod destructum est, manifestum est, illas decem singularitates, priusquam divisum sit illud, non solum in potentia huius fuisse, sed etiam totalitatem earum, id est autem, decas in 10 potentia erat in continuo illo, quod nondum divisum fuerat. Hoc autem iterum etiam hinc manifestum est, omne continuum in numerum sine fine esse divisibile. Lignum igitur illud decem pedum, quod nondum divisum est, non solum in decem sectiones dividi potest, sed etiam in viginti et triginta et multas [V 53 b 1] ite- 15 rum, si omne continuum numero infinito divisibile est. Si ergo in numeros multos sine fine est divisibile omne continuum et propter hoc neque (numerus) decem neque quisquam aliorum numerorum in effectu est in continuo, ergo neque ille (numerus) decem singulariter <sup>(2)</sup> erat partes ligni, ille decem pedum in potentia nec in 20 effectu (est). Ergo et totalitas harum partium, id est autem decas, solum <sup>(3)</sup> in potentia erat in eo. Si enim numerus quantitatis discretorum <sup>(4)</sup> est, ergo quando de continuo numerum quandam dicimus, exempli gratia, decem, quinquaginta, centum, lignum decem pedum aut centum dicentes esse aut malum <sup>(5)</sup>, ut dicam, 25 mille, manifestum est, nos in potentia numerum horum dicere, de his omnibus dicentes dividi posse ea [V 53 b 2] quae subsi- stunt, nec in effectu, quorum huiusmodi omnia partes eorum sunt, si non idem efficiemus esse effectum et discretionem et potentiam et continuitatem, quod non est possibile. Ergo cum nu- 30 merum ponimus supra continuum, pedis si accidat aut cubiti,

(1) n. m.: per.

(2) n. m.: uno modo numeri, coniunctim decem.

(3) n. m.: solum.

(4) n. m.: quantitatis discretae.

(5) cod. l'awrō = λαρός (?), malus (navis); n. m. lignum illud cui ligata est vestis (aut instrumentum) quae conflatur a vento, quod lignum carinam [saqoroyō] appellant aut l'awrhō (*sic!*), quae metitur numero mille.

aliquo modo dividimus id, supra omne cubitorum aut pedum signum ponentes. Demonstratum est ergo manifeste, non solum partes continui, utpote nunc lignum decem cubitorum in potentia est, sed etiam totalitatem partium, id est decadem, in effectu quidem magnitudinem fuisse (<sup>1</sup>) et unum continuum, etiamsi quidem 5 quam horum quae existunt natura non aptum sit ut dividatur, ut sol aut ut una ex stellis aut corpus caeleste, quae, cum magna sint, intellectu sunt divisibilia sine fine, etiamsi numquam divisio eorum in cogitatione ad signum (<sup>2</sup>) perveniat. De partibus quidem ergo, scilicet illis quae in potentia, et totalitatibus, omnia 10 quae [V 54 a 1] huiusmodi. In effectu autem partes scilicet et totalitates sunt, utpote illae quae in corpore nostro, quae vocantur similia in partibus, nervi, venae, caro, ossa, et organa illa quae ex eis (<sup>3</sup>) consistunt aut aliquid earum, (<sup>4</sup>) caput (<sup>5</sup>), pedes, manus, cor, venter, et in plantis radices, trunci, rami et omnia ea 15 quae his similia sunt. Ea enim quae in locis remota sunt a se invicem, illa etiam principaliter partes sunt. Ea autem, quae in totum compositum vadunt (<sup>6</sup>), elementa sunt compositi, neque partes. In eis ergo quae discreta sunt (<sup>7</sup>), id quod ex omnibus compositum est (<sup>8</sup>), unum est principaliter et totalitas partium suarum. 20 Partes autem multae in effectu, quia etiam totalitas harum in effectu est. Ex his igitur similibus in partibus consistunt organa, ex organis autem animal totum aut planta, cum nulla quidem pravitas in hoc sit, ut quibusdam placuit. Non enim idoneum est idem multa esse et unum [V 54 a 2] in effectu. Hoe enim non possibile est. Sed in 25 eo quidem, quod ad totalitatem (attinet), animal aut planta unum est unumquodque horum, nec multa, in eo autem quod ad partes,

(1) n. m.: quantitas ligni magna, priusquam divisum esset in effectu.

(2) n. m.: ad completionem signi, scilicet ad effectum non pervenit.

(3) n. m.: ex similibus in partibus, capite et pedibus et manibus et reliquis.

(4) n. m.: aliquid earum animal aut plantam vocat, quae ex similibus in partibus aut organis consistunt.

(5) n. m.: haec sunt organa.

(6) n. m.: aut confusione aut mixtione.

(7) n. m.: in locis.

(8) n. m.: scilicet consistit.

multa nec unum. Discreta enim sunt haec a se invicem, etiamsi continua (1) sint in totalitate sua. Non enim, ut putaverunt quidam (2), totalitas nihil aliud est, nisi omnes partes simul (3). Hoc enim in aliis redarguimus (4). Etiam nunc autem breviter dicemus.

5 Possibile enim est, partes lecti et domus, lapides dico et ligna et omnia ea quae domum efficiunt, propinquas esse et tangere se invicem, ut accidit. Sed neque lectus est primum (5), neque secundum (6) domus. Sed cum aptantur partes et formam lecti aut domus accipiunt, inde est totalitas. Antea autem sic in potentia 10 erat totalitas, nec in effectu, utpote etiam partes eius in potentia erant. Ergo [V 54 b 1] neque si quisquam animal aut plantam quandam cogitet, omnes partes simul (7) positas totalitatem (8) nominare (ei) licet, cum non sit eis quidem igitur cum positione scilicet ad se invicem et cohaerentia illa nunc (9). Haec nec ani-

15 malis nec plantae est totalitas. Nec enim unaquaeque partium utilitatem scilicet et effectum suum praebet, cum non aptatur (10) ita utpote est nunc. Totalitas ergo non simpliciter (11) omnes partes simul est, sed id quod ex omnibus partibus componitur, cum positionem naturalem (12) scilicet ordinem, qui aptatur unicuique 20 harum in propinquitate ad reliquas, sumunt. Si autem quis, cum eis quae (manifeste) videntur pugnans, dicat non esse partes animalis in effectu, illa scilicet organa et similia (in) partibus, sed utpote res quidem in effectu esse, carnem, ossa, nervos, caput, manus, utpote [V 54 b 2] partes autem animalis in potentia tan-

(1) n. m.: quae, quamquam remota sint locis, sed cohaesio est eis in corpore.

(2) n. m.: illi qui in potentia dicunt esse partes in totalitate.

(3) n. m.: colliguntur.

(4) n. m.: in πρωταρτίᾳ alia quae nobis non est nota nunc.

(5) n. m.: id est totalitas quae ex collectione lignorum, cum non concinnata sint secundum ordinem.

(6) n. m.: id est totalitas scilicet collectio lapidum et laterum et lignorum, cum non concinnata sint.

(7) n. m.: quae cum se invicem collectae sunt.

(8) n. m.: animalis et plantae.

(9) n. m.: concinnata.

(10) n. m.: ordinatur.

(11) cod. Šaryo'ith, n. m.: solute cum non aptatae sint.

(12) n. m.: cum sumat unaquaeque locum suum.

